gem educere filios ingenuis artibus et moribus honestis imbuere filias in ma-
trimonio collocare vel in cedendum ... ac bona omnia eorumque liberos suos con-
cernentes administrare omniaque munia et officia veris tutoribus de iure incumbentia
... et integritate sua peragere et exercere eaque pro tempore ... re
... necessitate retinere salua tamen ... cum melioratione eius ... quoad
vixerit reseruata Atque ... inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Magnificus Castellanus Leopolien. et Przedwoiowski Roborat

Comparens personaliter coram officio actibusque praesentibus castrensibus capitaneal. Premi-
sliensibus et ... Samuele Humnicki Subdapifero Terrae Premisl. ad ac-
tum hunc in locum in praesentiam Illustris et Magnifici Castellani Leopolien. loci
praesentibus Premisliensibus Lubomlensis Bolemowsk. et capitanei subdelegatus hoc munus
subdelegationis in se et bona sua ... assumens Ibidem Illustris
et Magnificus Martinus in Krasiczyn Krasicki Castellanus Leopolien.
Premisliensis Lubomlensis Bolemowsk. et capitaneus ab vna et Generosus Alber-
tus Alexander Przedwoiowski de Przedwoiowo ... Terrae Premisl.
ex altera partibus sani mentibus et corporibus existentes ... sibi
iuribus iurisdictionibus suis quibus proprijs et competentibus recedentes huic autem
iurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum succes-
soribus bonisque suis ... omnibus totaliter et plenarie incorporantes et subijcientes
palam libere publice ac per expressum recognouerunt et quilibet ipsorum seorsim
suo ... recognouit Quia ipsi se suosque successores inter se ... bonis suis
... omnibus summis pecuniariis habitis et habendis sibi mutuo et inuicem
vna pars alteri ac posteris vtriusque partis inscribunt et obligant inter-
cisam certam inter se recognoscendam ratione certarum summarum conditionum in
eadem intercisa contentarum de actu et data hic Premisliae die hodierna
actibus praesentibus confectam manibus suis proprijs subscriptam et sigillatam
in omnibus et singulis eius ... intercisae conditionibus punctis clausulis ar-
ticulis ... ligamentisque et nexibus ... vniversis tam in toto quam in

parte

parte firmiter tenere complere exequi ac inuiolabiliter obseruare eidemque intercisae
et omnibus illius contentis toties quoties opus fuerit satisfacere praefatam in-
tercisam ad inscriptionem praesentem et inscriptionem praesentem ad praedictam intercisam
vicissim in toto referendo. Idque sub vadio viginti quatuor millium florenorum pecu-
niae polonicae per partem parti cum successoribus vtriusque partis ob non completionem
praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus
fuerit ad soluendum succumbendo Nihilominus memoratae partes ... vtriusque
... successorum ... summis
habitis et habendis sibi mutuo et inuicem vna pars alteri ac posteris vtriusque
partis inscribunt et obligant praesentibus inscriptionem praesentem roborandam ex his actis
Castrensibus authentice depromptam ad acta Terrestria Premisliensia ante decursum
primi anni siue coniunctim siue seorsim transferre et transportare sub simili
et speciali vadio viginti quatuor millium florenorum pecuniae polonicae per partem parti
cum successoribus vtriusque partis ob non transportationem inscriptionis praesentis pro
tempore et loco supraexpressis ad soluendum succumbendo vel etiam si id vni parti
vel eius posteris visum fuerit extunc altera pars eique et ipsius posteris dat
et concedit plenariam facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem praesentem robo-
ratam ex his actis Castrensibus autentice depromptam ad acta praefata Terrestria Premisl.
quandocunque voluerit transferendi et transportandi quae transportatio tanti valebit ac si
per partem vtramque transportaretur pro quibus quidem vadio vel vadijs modo prae-
misso ad soluendum succubuit ac si aliqua puncti ex praemissis non completa complen-
disque praemissis citata ... pars vna praemissa non tenendo aut eius successores ad
instantiam partis alterius praemissa tenentis aut ipsius posterorum Ad officium prae-
sens Castrense Capitaneale Premisliense vel etiam Castrense Capitaneale Leopoliense exhinc
recessu suprascripto quoad vendum spectat mediante ... in primo citationis termino
tanquam peremptorio stare iuri parere mitere vadia praedicta luere inscriptioni huic
satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad
eadem omnia obligat eumque terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes
causae eius terminos ... peremptorios vera infirmitate ... maiori minoreque ...

bgone intra vel extra Regnum servio militari ad munimentum ad Evictorem vel aliis quibusvis dittonibus et legalibus impedimentis non differens adquietationi ultra processus Terrestris officii praefati Castrensis Premisliensis ditionem sibi non recipiens nullasque moniones appellationes ac earum prosequtiones faciens ac praemissa omnia penitus simplicibus vel tricatis quaestionibus suspensivis fatalis iuris praescriptione terrae bello convinctione et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiens Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante. Vel Castren Leopol.

Dobrynicki Castellano Leopoliensi Donat

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus Generosus Albertus Alexander Przedwojowski de Przedwojewo Dapifer Terrae Premisliensis ad actum hunc in locum Illustris et Magnifici Martini Krasicki in Krasiczyn Castellani Leopoliensis loci praesentis Premisliensis et Capitanei subdelegatus praesidebat) actibus praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Generosus Gaspar Maximilianus Dobrynicki Generosi olim Jacobi Dobrynicki filius sanus mente et corpore existens a certis dictis iuribus iurisdictionibusque suis quibuslibet propriis et competentibus recedendo huic autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet se ac successores bonaque sua generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciens palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria in [illegible] Vallet totam et integram medietatem bonorum villae Bosowica in terra et districtu Premisliensi consistentem cum omni praemissorum iure dominio et proprietate haereditaria tituloque haereditario cum Curia et praedio ibidem sitis cumque omnibus et singulis bonorum praefatorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus subditis cmethonibus hortulanis inquilinis eorumque laboribus censibus dationibus vecturis obsequiis agris cultis et incultis pratis campis sylvis pascuis nemoribus indaginibus rubetis gaiis fluviis fluminibus rivis rivulis torrentibus eorumque decursibus litoribus stagnis piscinis lacubus molendinis tabernis apisteriis attinentiis et pertinentiis generaliter universis ac cum toto praemissorum fundo et haereditate nihil ex praemissis omnibus pro se suisque successoribus aut alio quopiam reservando et eximendo sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis generi per speciem et e contra in nullo derogando Verum ita late longe circumferentialiter prout praefata bona [illegible] in suis metis et limitibus ab antiquo extendit ac protendit et prout eadem bona ipsemet [illegible] tenuit habuit et possidebat ac ipsum concernebat eidemque serviebant.

Jamex

Iamex nunc et de facto praefato Illustri et Magnifico Martino Krasicki in Krasiczyn Castellano Leopoliensi loci praesentis Premisliensis Lubomliensi Bolemovicensi et Capitaneo et ipsius successoribus dat donat ac titulo purae meraeque perpetuae et irrevocabilis donationis inscribit et resignat perpetuis et aeternis temporibus. Etiam ex nunc idem generosus Gaspar Dobrynicki praefato Illustri et Magnifico Castellano Leopoliensi coram officio praesenti dat et admittit realem intromissionem et actualem possessionem in bona praenotata donata eiusque posteris per Ministerialem quemcunque et Nobiles duos ipsi nunc ab officio praesenti die quacunque [illegible] acceptandam. Per ipsum Illustrem et Magnificum Castellanum Leopoliensem eiusque posteros praedicta bona donata iure haereditario tenendi habendi possidendi illisque pacifice et quiete utifruendi ac ad usus suos suorumque successorum quosvis beneplacitos libere et affectanter convertendi temporibus perpetuis. Debebitque et tenebitur memoratus generosus Generosus Gaspar Maximilianus Dobrynicki prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniarum habitis et habendis suprascriptum Illustrem et Magnificum Castellanum Leopoliensem eiusque posteros inscribit obligat ipsum et illius posteros in dictis bonis donatis et ratione eorundem bonorum ab omni [illegible] quavis impetitione iuridica quandocunque personarum cuiuscunque conditionis status et sexus existentium in omni iudicio et officio Regni exorienda per omnes processus Terrestres prout ad quamlibet personam communibus spectat et pertinet sub servio totiens quoties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere ac libera indemnemque eum posteris reddere. Nec non bona praenotata donata ab omnibus in genere iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus in eisdem bonis factis et faciendis tum etiam a quibusvis citationibus in eadem bona donata importatis et importandis lucris denique et perlucris ac processibus iuris quibusvis in quovis puncto et gradu iuris dependentibus et in quovis iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis in eisdem bonis donatis perductis et producendis emundare et liberare mundumque et liberum semper facere ac etiam intromissionem praefatam coram officio praesenti admissam in fundo bonorum praedictorum donatorum dum per Ministerialem et Nobiles officio requisitus non denegare imo tenebitur eandem libere et effectualiter dare et admittere dataque et admissa eadem possessionem et usumfructum praemissorum quovis modo tam per se quam per suos quasvis subm